

fuerant, auctoritate Apostolica decrevimus, statutumque in d. Capitulo Generali de anno 1651. celebrato editum super ingressu Patrum Provinciae in Definitorium confirmavimus, & approbavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis literis die 9. Novembris 1657. desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius Alexius Mocet Frater, ac Procurator specialis Provinciae Turoniae Pictavien. dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit licet nemini fas esse debere quicquam in contrarium praemissorum attentare; nihilominus dilecti etiam filii Aegidius Nuble, & Julianus Brault, necnon pauci alii dictae Provinciae Pictavien. fratres, qui ab aliquot annis eandem Provinciam sub diversis frivolis praetextibus perturbare non desistunt, non obstantibus diversis Congregationis memoratorum Cardinalium Decretis pro stabilienda pace in dicta Provincia editis, & per Nos confirmatis auct fuerint noviter contra praefatas nostras literas insurgere, & novam litem desuper contra suos Superiores movere, meritoque timendum sit, ne exinde graves dissensiones, & controversiae in eadem Provincia oriantur, in non leve Religionis dedecus, & regularis disciplinae detrimentum: Nobis propterea dilectus Alexius humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Alexium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorumdem Cardinalium, qui relationem dilecti filii Commissarii Generalis Curiae Ordinis hujusmodi praesertim circa memoratam consuetudinem in Provincia Pictavien. Regni Galliae hucusque servari solitam audiverunt, consilio, attentis narratis dilecto filio Superiori Provinciali dictae Provinciae per praesentes committimus, & injungimus, ut quoad praesentiam ipsius, quemadmodum, & aliarum Galliae Provinciae dicti Ordinis ab observantia memoratarum Urbani Praedecessoris litterarum a Nobis indultam exemptionem, praefatas nostras in simili forma Brevis literas omnino servari sub censuris, aliisque sibi benevisis poenis auctoritate nostra Apostolica mandet, & praecipiat; Contradietores, & repugnantes quoscumque eisdem poenis effectivae subijciendo: Et praemissa exequatur.

§.3. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in eisdem Literis nostris concessimus non obtare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Decretum hoc sub poenis servari mandat.

Contrariis derogat.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Jan. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 14. Jan. 1662. An. VII.

CCCLXXIII.

Contra nonnullos Monachos Cistercienses in Gallia Abstinentes nuncupatos, tentantes introducere in Monasteria abstinentiam a carnibus, quarum esus certis diebus a Sede Apostolica concessus est, & nolentes obedire Constitutionibus Apostolicis, ejusdemque Ordinis.

De hac materia vide ad Constitut. 177. hujus Pont. Tom. 6. Par. 4. fol. 203. In supremi, & Const. 346. Nuper Supr. fol. 154.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Aliis pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Ord. Cisterciensis. Nobis expolito, quod licet omnes Monachi dicti Ordinis tam strictae ad observantiam paupertatis teneantur, ut Capitulum Generale ejusdem Ordinis anno 1605. celebratum revocaverit omnes, & quascumque licentias, & dispensationes quascumque privati rerum, & bonorum usus, proprietatis, possessionis, & domini per quoscumque Superiores dicti Ordinis ex quibuscumque causis concessas, eamque revocationem ipsius Ordinis Capitulum Generale anno 1651. revocaverit, cum injunctioe observationis exactae Decreti Concilii Tridentini sess. 25. de reform. cap. 2. de Regularibus, sub poena excommunicationis ipso facto incurrere opponentibus sese huic executioni, & observantiae, & inhabilitatis ad quavis officia, gradus, & dignitates: ac insuper contractus a quibusdam Abbatibus Regularibus cum suis Monachis in istos pro separatione mensae Conventualis ab Abbatiali censuerit esse rescindendos, tanquam paupertati Religiose contrarios, eosque in posterum a quocumque attentari prohibeant: nullusque sit in Regno Galliae praedicti Ordinis Professor, qui in suo novitiatu ad vitam communem, & praefatam paupertatis observantiam non fuerit instructus, educatus, & obligatus.

§.2. Nihilominus nonnulli Religiosi ejusdem Ordinis in Gallia, dicti Abstinentes, seu strictioris observantiae, sub praetextu introducendi in Monasteria abstinentiam a carnibus, quarum esus certis diebus a Sede Apostolica concessus est, certos inibant contractus, transactiones, & concordata cum antiquis Ordinibus hujusmodi Religiosis, quibus certas pensiones in pecuniis, & fructibus promittebant, & distribuebant, eosque a majori, & praecipuo onere Chori, aliisque observantiis, ad quas ex professione tenentur, liberantes, evidenti relaxationis, & perditionis periculo exponerent, dummodo eis solis privative quoad alios

Supplicatio.

alios Monasteriorum administrationem, & regimen, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, liberamque Officialium, & Superiorum electionem, tam quoad vocem activam, quam passivam cederent.

§.3. Et in eadem expositione subjuncto, quod contractus, transactiones, & concordata hujusmodi, non in aedificationem, sed in evidentem Religiosorum ruinam spiritualem vergebant, dictusque Procurator Generalis propterea de opportuno in praemissis remedio a Nobis provideri summopere desiderabat. Nos supplicationibus ipsius Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui rem diligenter, & mature discussant, consilio, attentis narratis, contractus, transactiones, & concordata, de quibus supra agitur, fuisse, & esse illicita, ideoque eo usque inita nulla, & invalida fuisse, auctoritate apostolica declaravimus, & decrevimus, prohibuimusque ne in futurum sub ejusdem nullitatis, & invaliditatis, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae, officiorumque, graduum, & dignitatum, quarumcumque, & perpetuae inhabilitatis ad ea, & quaelibet alia in posterum obtinenda per hujusmodi contrahentes, transigentes, & concordantes eo ipso incurrendis poenis, talia concordata, transactiones, & contractus ullatenus celebrentur.

Talia pacta utpote illicita suo penis prohihentur.

Expositio.

§.4. Et postmodum pro parte dilectorum filiorum Reipublicae Helvetiorum, Nobis nuper pariter exposito, quod cum dilecti filii Abbates d. Ordinis Cisterciensis in ejusdem Reipublicae ditione existentes convocati ad Capitulum Generale Cistercii in Gallia celebrandum, sese accingerent, & praepararent ad iter, occulto rumore perceptorant, quosdam Religiosos Gallos ejusdem Ordinis dictos Abstinentes contra antiqua ipsorum jura, nunquam eatenus controversa, a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris toti Ordini concessa, velle sese prevalere quibusdam sententiis a bon. mem. Francisco, dum vixit S. R. E. Cardinale de la Rochefoucaud nuncupato emanatis, qui cum a fel. rec. Gregorio Papa XV., & Urbano VIII. Praedecessoribus pariter nostris commisionem habuisset ad visitanda, & juxta statuta ejusdem Ordinis a Romanis Pontificibus confirmata, reformanda Monasteria dicti Ordinis, quae in Gallia indigerent reformatione, & tamen ea nullatenus vissent; nihilominus dicti Abstinentes contra formam Litterarum Apostolicarum, & Statuta Apostolica duas sententias ab eo obtinuerant, quibus omnes Abbates, & Religiosos communis observantiae, qui scilicet utuntur dispensatione apostol. circa esum carniarum ubique acceptata, atque a Nobis per nostras in simili forma Brevis literas die 10. Novembris 1657. expeditas approbata, inter alia signanter praetendebant esse

se privatos voce activa, & passiva in electionibus Abbatis Generalis, & quatuor primorum Abbatum, Vicariorum Provincialium, Procuratoris Generalis in Curia, & aliorum publicorum Officialium, administratione Collegii Parisiensis, communis studii dicti Ordinis, receptione Novitiorum ad communem observantiam, aliisque Juribus pertinentibus ad Abbates, & Capitulum Generale, & in vim distarum sententiarum ipsos solos Abstinentes redditos capaces dignitatum, & officiorum dicti Ordinis, ac independentes a Jurisdictione Ordinaria Superiorum, & Capituli Generalis esse praesumebant.

§.5. Atque in expositione subjuncto, quod licet hujusmodi sententiae fuissent per Judices delegatos casatae, atque a re: me: Innocentio Papa X. Praedecessore nostro super praetentis Juribus Abstinentibus praedictis perpetuum impositum silentium; at tamen iidem Abstinentes semper d. sententias validas auctoritate, & pro earum observatione diversos recursus habuerant, propter quas praesumptiones prorogatum fuerat Capitulum Generale dicti Ordinis, donec Nos super hac vexatione fuisset consulti.

§.6. Idcirco Nos pro commissa Nobis caelestis Pastoralis Officii cura, memorati Ordinis quieti consulere cupientes, ac causae, & causarum hujusmodi statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Colligantium, & alia etiam speciali expressione digna pro plene, & sufficienter expressis habentes, necnon causam, & causas praedictas ad Nos avocantes, ac declarationem, approbationem, & novam concessionem a Nobis per praefatas lit. die 10. Novembris 1657. emanatas, circa esum carniarum factas confirmantes, habita relatione de praemissis.

§.7. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine districte prohibuimus, ne Abbates, & alii quicumque dicti Cisterciensis Ordinis communis observantiae Religiosi ejusdem apostolica dispensatione circa esum carniarum utentes super libertate vocis activae, & passivae in electionibus Abbatis Generalis, aliorumque quatuor praecipuorum Abbatum, Vicariorum Provincialium, Procuratoris Generalis Curiae, & aliorum publicorum Officialium, in administratione, & regimine Collegii Parisiensis communis studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa esum carniarum, servatis servandis, receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda Jurisdictione, quam ab initio ejusdem Ordinis habuerunt, quibuslibet aliis juribus, quae ex vi Regulae, & praedicti Ordinis Constitutionum Apostolicarum auctoritate confirmatarum illis, & Capitulo Generali competunt, ullatenus prohiberentur, vel molestarentur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandavimus, & praecipimus, circumscriptis

Confirmatur prout in rubra

memo

memoratis sententiis die 27. Julii 1634., & die 20. Augusti 1635. a praedicto Apostolico Visitatore, ut dicitur, emanatis, necnon quorumlibet aliorum Judicum, qui circa praemissa quidquam fecus statuere, vel decernere tentaverant, aut praesumpserant, cum omnibus inde secutis, & alias prout in binis nostris in simili forma Brevis literis, unis die 8. Martii 1660., & alteris die 2. Julii 1661. respektive desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberior continetur.

§.8. Cum autem dilectus filius Claudius Vaussin Abbas Cistercii, & totius Ordinis Cisterciensis praefati Generalis ad Nos supplex accesserit pro canonice promovenda Ordinis sui per diversa Mundi Regna, diffusi reformatione, salva ejusdem Ordinis unione, & integra subordinatione. Nos ejusdem Claudii Abbatis Generalis zelum, sollicitudinem, & laborem plurimum in Domino laudantes, eumque specialis favoris gratia prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, de voto particularis Congregationis ad examinandum, informandum, & referendum a Nobis deputatae, quae scripturas hinc inde datas vidit, & examinavit, causam istius reformationis in statu, & terminis, in quibus ad praesens reperitur (illius statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & Colligantium, & alia quaecumque etiam specialem, & individua mentionem, & expressionem requirentia, praesentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis habentes) a quocumque Tribunali ad Nos denuo auctoritate apostolica tenore praesentium avocamus.

Ordinationes

§.9. Praeterea mandamus dicto Claudio Abbati Generali, ut advocet, seu moneat viros idoneos Ordinis sui, tam ex Gallia, quam aliunde ad exhibendum infra tres menses dictae Congregationi particulari deputatae articulos concernentes dictam Reformationem a Nobis instituendam. Et quantum ad controversias in variis Tribunalibus, etiam coram Commissariis Apostolicis, a multis annis agitatas circa Reformationem dicti Ordinis, sive in Gallia, sive extra Galliam, volumus, & ordinamus sub poena excommunicationis latae sententiae ipso facto incurrendae, a qua nemo a quoquam, nisi a Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, ut observentur dispositiones a Nobis immediate emanatae per praefatas nostras in forma Brevis literas, die 8. Martii 1660., & die 2. Julii 1661. respektive expeditas.

§.10. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime observari; Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.11. Non obstantibus quacumque litis, seu litium pendentia, aliisque praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in dictis literis volumus non obstat, ceterisque quibuscumque.

Contraria tollit.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Jan. 1662. An. VII.

Dat. die 16. Jan. 1662. An. VII.

CCCLXXIV.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium circa reductionem numeri Fratrum quorumcumque Conventuum Provinciae S. Thomae Apostoli Ordinis Fratrum Minorum, S. Francisci in Pedemontio.

Ex Regest. in Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciae S. Thomae Apostoli in Pedemontio Ordinis Minorum Sancti Francisci Reformatorum, nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod ex viginti quatuor Conventibus, quibus dicta Provincia constat, sex reperiantur ad oram maritimam ultra montes inter Provinciae, Dominiique Reipublicae Genuenae confinia positi, in quibus habitant Fratres in illis partibus nati, inter quos, & Fratres Pedemontanos autem est morum, ingeniorumve diversitas, ut dum insimul habitant gravia nonnumquam inconvenientia sequantur, quodque homines distarum partium sint rudes, inopes, negligenterque educati, ex quibus multi ad habitum Fratrum dicti Ordinis admitti petere solent, & nonnumquam contingit, ut aliquis Minister Provincialis ex eisdem partibus ortus tot ex illis ad habitum hujusmodi recipiat, ut & aliis magis idoneis locus pracludatur, & ipsi a Conventibus ne queant sustentari: Ideoque praefata Congregationi supplicato, ut certum numerum Fratrum ex partibus supradictis in praefatos sex Conventus, videlicet Niciae, Cespitelli, Lantuscae, Marri, Mentoni, & Saugii recipiendorum, & ad habitum hujusmodi admittendorum praescriberet,

Expositio.

befet, qui excedi non posset, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum Sacrae Congr.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita attentis narratis, ac audita relatione Procuratoris Generalis Ordinis hujusmodi, censuit committendum, & injungendum, prout praesentium vigore committit, & injungit Superioribus Regularibus pro tempore dicti Ordinis, & Provinciae, ad quos spectat, seu spectabit, ut in quolibet memoratorum Conventuum, videlicet Niciae, Cespitelli, Lantuscae, Marri, Mentoni, & Saugii non plures dictarum regionum oriundos ad habitum, posthac recipiant, seu recipi faciant, aut permittant, quam quibus eisdem respectivo Conventus alimenta, & coetera ad victum necessaria subministrare pro viribus in dies posse consiterit, quique facta eorum ex omnibus dictis Conventibus collectione centum ad summum pro tempore numerentur. Quod si etiam receptis aliqui superflui, ab aliorum admissione quovis ad hujusmodi numerum juxta praemissam declarationem accipiendum deveniant, & non nisi in locis infra ipsum vacaturis abstineant. Et praedicta omnia exequantur sub poenis eo ipso incurrendis privationis utriusque vocis, & officiorum, ac perpetuae inhabilitatis ad ea, & alia quaecumque in posterum obtinenda: contrariis quibuscumque non obstantibus.

Decreti praesentium confirmat.

Datum Romae 16. Decembris 1661. M. Cardinalis Ginnetus.

§.2. Cum autem, sicut praefati exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, apostolice confirmationis nostrae robore communiri summo per desiderarent: Nos specialem illis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate dictae Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, praefatorum Ordinis, Provinciae, & Conventuum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 18. Jan. 1662. An. VII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januar. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

CCCLXXV.

Declarat nullum praedictum fuisse illatum superioritati Vicarii generalis in unione Conventus Terrae Roccha di Papa Conventui S. Joannis de Urbe sub obedientia Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum.

De concessione, & unione hujus Conventus vide supra ad Constitut. 316. Sacrosancti. fol. 106.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alias Conventum B. Petri de Nola olim FF. Ordinis B. Mariae de Mercede redemptionis Captivorum in terra Roccha di Papa nuncupat. Tusculanae Dioc. positum, cum illius Ecclesia, ac bonis, & oneribus universis Congregationi Fratrum Discalceatorum Reformatorum nuncupat. dicti Ordinis, itaut Conventus hujusmodi de caetero Conventui S. Joannis de Urbe ejusdem Congregationis sub obedientia dilecti filii Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, qui in dicto Conventu Sancti Joannis residere solet, subiaceret, & dictus Procurator Generalis Superiorem, & Familiam sex saltem Presbyterorum, & duorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Reformatorum Congregationis hujusmodi in primodicto Conventu collocare deberet, auctoritate Apostolica perpetuo applicavimus, & appropriavimus, & alias prout in nostris in simili forma Brevis literis die 15. Octob. 1660. desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus, plenius continetur.

Procurium

B b Cum

Expositio.

§.2. Cum autem, sicut dicitur Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, licet ratione subordinationis, quam ipse Procurator Generalis ad dilectum filium Vicarium Generalem Superiorem majorem dictae Congregationis habet, credat praemissa, & inde sequuta sine ullo praedictio jurisdictionis, & superioritatis dicti Vicarii generalis emanasse, nihilominus ad removenda omnia dubia, & inconvenientia, quae exoriri possent, idem Procurator Generalis opportune a Nobis hac in re provideri summopere desideret.

Decretum confirmat.

§.3. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis super statu Regularium deputatae consilio, ex memoratis nostris literis, qua parte praenominatus Conventus B. Petri de Nolasco subicitur obedientiae dicti Procuratoris Generalis, qui Superiorem, & Familiam in eo collocare debeat, nullum praedictum fuisse illatum superioritati, ac jurisdictioni memorati Vicarii Generalis, auctoritate praedicta tenore praesentium declaramus.

Clausulas addit.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus praedictis nostris literis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in eis volumus non obtineat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 27. Jan. 1662. An.VII.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Januar. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

C C C L X X V I.

Ex Reg. in Secret. Breve.

Licentia Nationibus Congregationis Eremitarum Camaldulen. recipiendi, & admittendi ad professionem cum Converter. forum numerum, quo opus respective habuerint, non obstantes statuto Dietae per Breve Sanctitatis suae confirmatur.

A L E X A N D E R P A P A V I I. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Visitatores Congregatio-

nis Eremitarum Camaldulen., quod ante sexennium, cum crederetur dictae Congregationi utilius fore ministerio Oblatorum, quam Converterorum uti in quadam Dieta ejusdem Congregationis statutum fuit, ne de cetero Fratres Converteri in ipsam Congregationem reciperentur; quod Statutum subinde, quia dictae Dietae facultas sic statuendi non competebat, a Nobis per quaedam nostras in simili forma Brevis literas confirmari obtinuerunt.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Congregatio praefata abinde citra magno tam in spiritualibus, quam in temporalibus affecta fuerit detrimento, idque ex eo, quod cum Oblati ad professionem non admittantur, sed semper dimitti possint, interea in eadem Congregationem ad praestanda vtiliora ministeria nemo receptus fuit, qui onesta, civilisque conditionis foret, & attem aliquam mechanicam calleret; Cumque dictum Statutum, antiquo memorata Congregationis instituto adversetur; Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

Decretum confirmat.

§.3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnibus, & singulis nationibus dictae Congregationis, ut eum Fratrum Converterorum numerum, quo respective opus habuerint, servatis alias servandis in eadem Congregationem recipere, & suo tempore ad professionem regularem admittere libere, licite, & valide possint, & valeant, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Clausulas apponit.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apost. Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem, prout fides ubique locorum tam in judicio,

Dat. die 1. Febr. 1662. An.VII.

cio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsismet praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel offensa. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 1. Febr. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

C C C L X X V I I.

Ex Reg. in Secret. Breve.

Applicatio ducentorum ducatorum annuatim ex fructibus quarundam Parochialium Ecclesiarum Militiae S. Mariae de Montesia Prioratus Valentini. ejusdem Militiae.

A L E X A N D E R P A P A V I I. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

§.1. Nominis charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispan. Regis Catholici Nobis per dilectum filium nobilem Virum Ludovicum de Guzman Ponce de Leon ipsius Philippi Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem nuper expositum fuit, quod cum dilectus filius Paulus Ingles modernus Prior domorum Regiarum Templi Ordinis Militaris B. Mariae de Montesia Civitatis Valentini, cujus Ordinis idem Philippus Rex Administrator perpetuus, auctoritate Apostolica, deputatus existit, ipsi Philippo Regi eam esse reddituum Prioratus sui tenuitatem ostenderit, ut ipse Paulus ex ejusdem Prioratus, licet una ex praecipuis dicti Ordinis dignitatibus existat, redditibus se exhibere nequeat: memoratus Philippus Rex his mature consideratis, ut tam eidem Paulo, quam ejus in dicto Prioratu Successoribus de congrua sufficientique proventuum quantitate provideatur, summam ducentorum ducatorum ad rationem undecim regalium monetae Valentini. pro quolibet ducato hujusmodi annuatim super fructibus, redditibus, & proventibus infra scriptarum Parochialium Ecclesiarum Ordinis praedicti respective, singularum nempe pro ratis, infra expressis, quae habita ratione valoris fructuum, ac onerum ipsarum Ecclesiarum, determinate fuerunt, ex nunc prout ex tunc postquam quaelibet Ecclesiarum hujusmodi vacaverit memorato Prioratu in perpetuum applicari desiderat.

Expositio.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, applicatio hujusmodi, si fiat, Priori quidem dicti Prioratus pro tempore existenti congruum sustinenda eo, quo par est, decore dignitatis suae subsidium allatura, dictis vero Parochialibus Ecclesiis, earumque futuris Rectoribus non multum oneris impositura sit, sed pro singularum Parochialium Ecclesiarum hujusmodi Rectoribus centum ducati respective pro eorum congruis sint remansuri; Nobis propterea pro parte praedicti Philippi Regis humiliter supplicatum, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

desiderio, hac in re favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, necnon tam dicti Prioratus, quam, cujuslibet ex Parochialibus Ecclesiis hujusmodi fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores secundum communem aestimationem, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, super Villae de Montesia centum decem, super Villae de Vallada sexaginta sex, super Villae Sancti Matthaei centum triginta duos, super Villae de Caner quadraginta quatuor, super Villae de Catig itidem quadraginta quatuor, super Villae de Chert centum decem, super Villae de Albocazer triginta tres, super Villae de las Cuevas itidem triginta tres, super Loci de Sveca ducentos sexaginta quatuor, super Loci de Silla sexaginta sex, super Loci de Moncada centum quinquaginta quatuor, super Loci de Caipefa centum triginta duos, super Villae de Onda centum decem, super Villae de Alcala octuaginta octo, super Villae de Benicarlo centum triginta duos, super Villae de Vinaroz centum decem, super Villae de Jana quadraginta quatuor, super Villae de Rosel itidem quadraginta quatuor, super Villae de Benafal octuaginta octo, super Villae de Aros itidem octuaginta octo, super Villae de Culla quadraginta quatuor, super Villae de Vistabella centum decem, super Villae de Arzeneta sexaginta sex, ac super Villae de Coruera Parochialium Ecclesiarum praefati Ordinis Militaris, Sanctae Mariae de Montesia respective fructibus, redditibus, & proventibus octuaginta octo regales dictae monetae Valentini, qui summam praefatorum ducentorum ducatorum simul constituant, annuatim praefato Prioratu Domorum Regiarum Templi Ordinis Militaris hujusmodi, ac dicto Paulo, ejusque Successoribus dictum Prioratum pro tempore obtinentibus per modernorum earumdem Parochialium Ecclesiarum Rectorum successores respective solvendo, dummodo tamen deductis hujusmodi ratarum, aliisque dictarum Parochialium Ecclesiarum respective oneribus, centum ducati pro singularum Parochialium Ecclesiarum hujusmodi Rectoribus remaneant, ex nunc prout ex tunc postquam eadem Parochiales Ecclesiae, & earum, quaelibet per obitum modernorum illarum Rectorum, aut alias quomodolibet ex eorum personis respective vacaverint, auctoritate apostolica, tenore praesentium perpetuo applicamus.

Decretum praesentium confirmat.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac dicto Paulo, ejusque in Prioratu hujusmodi Successoribus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, neque illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus applicationum, & unio- num, etiam effectum non fortitarum, seu aliarum gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam.

per quasque Literas, & Constitutiones Apostolicas, seu Cancellarie Apostolicæ Regulas sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam per Nos, vel quoscumque Romanos Pontifices Successores nostros etiam in crastinum cujuslibet eorum Assumptionis ad summi Apostolatus apicem, ac per Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & de apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & concessis unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub posteriori data per prædictos Paulum, ejusque Successores dicti Prioratus Priores pro tempore existentes eligenda concessas esse, & intelligi, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis.

§.5. Non obstantibus præmissis, ac nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, de unionibus, & applicationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero valore, ac quatenus opus sit, illa de præstando consensu in pensionibus, necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permixtis fieri prohibent, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Ordinis, & Parochialium Ecclesiarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate a lia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 4. Febr. 1662. An. VII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 4. Februarii 1662, Pontificatus nostri Anno Septimo.

CCCLXXVIII.
Deputatio Eminentissimi Cardinalis Chiffi in Protectorem Fratrum Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

Dilecto Filio nostro Flavio tituli S. Mariæ de Populo S. R. E. Cardinali Chisso nuncupato, nostro secundum carnem ex Fratre germano Nepoti.

ALEXANDER PAPA VII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. **C**um per obitum bo: me: Bernardini, dum vixit, S. R. E. Cardinalis Spadæ nuncupati, Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, nuper apud Sedem præfatam defuncti, Ordo præd. Protectore destitutus manserit.

Motiva.

§.2. Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tua circumspeditionis singulari prudentia, doctrina, & integritate, & religionis zelo, plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, te, ex cuius Protectione, ob tuas eximias virtutes Ordinem prædictum plurimum commodi, & ornamenti suscipiturum esse confidimus, prædicti Ordinis, illiusque domorum Regularium, & Religiosorum quorumcumque apud Nos, & Sedem præfatam Protectorem cum omnibus facultatibus, jurisdictionibus, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & quibus alii ante te dicti Ordinis Protectores usi sunt, ac uti quomodolibet poterunt, seu etiam debuerunt, ad tui vitam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium facimus & deputamus.

Confirmat ut in rubr.

§.3. Volumus autem, ac tibi in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut Superiorum dicti Ordinis auctoritatem, quantum fieri potest, conservare cures, & propterea cum ipsi Superiores eorum officii bito satisfecerint, ac gubernio, & regimini subditorum sufficienter incubuerint, tum in negotiis eorumdem Religiosorum te non immisceas.

Clausula.

§.4. Quando autem ab iisdem Superioribus requisitus fueris, ut in eisdem negotiis auctoritatem tuam interponas, vel necesse fore cognoveris, ut eandem auctoritatem tuam in ipsis negotiis exerceas, tum id libere facere possis, sed quoad poteris per te ipsum hoc facere cures, adhibito ad scribendum, quando opus fuerit, in eisdem negotiis, seu causis, loco Notarii, aliquo ex Regularibus dicti Ordinis.

§.5. Mandantes propterea dilectis filiis Correctori Generali, ac Visitatoribus, & aliis Superioribus, necnon Universis Fratribus, & personis quibuscumque dicti Ordinis in virtute sanctæ obedientiæ, ut te in eorum Protectorem, juxta tenorem præsentium recipientes, ea, qua debent reverentia prosequantur.

Con-

Contrariis tollit.

§.6. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Ceterum te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum honorum operum retributorem, æternorum præmium, & a Nobis condignam laudem valeas promereri.
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Februarii. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 6. Febr. 1662. An. VII.

CCCLXXIX.

Ex Regest. in Secret. brev.

Confirmatio concessionis Jurisdictionis Criminalis in feudum perpetuum ab Archiepiscopo Tarraconen. facti. Fabritio Pons, & Castellui, ejusque Successoribus.

Ven. Fratri Episcopo Derthusen., ac dilecto filio Decano Ecclesiæ Derthusen.

ALEXANDER PAPA VII.

Ven. Frater, ac dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

Supplicatio.

§.1. **E**xponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Franciscus Archiepiscopus Tarraconen., quod in Principatu Cathalonix, & Diocesi Tarraconen. reperitur locus nomine Mans Ricart, dominio temporali dilecti filii Fabritii Pons, & Castellui ipsius loci Domini subiectus, in quo temporibus præteritis viginti, vel circiter personæ habitare solebant, & jurisdictione civilis quidem a Domino dicti loci, criminalis vero ab Archiepiscopo Tarraconen. pro tempore existente exercebatur. Verum præteritorum bellorum occasione, quæ per tot annos in illis partibus viguerunt, idem locus dirutus, & desertus, ac habitatoribus omnino vacuum remansit, unde nulla in eo jurisdictione civilis, vel criminalis exercere potest, nec spes ulla affugit fore, ut in pristinum statum reducat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Franciscus Archiepiscopus præmissis attentis, ut suam, suæque Ecclesiæ Tarraconen. conditionem efficeret meliorem, jurisdictionem criminalem præfatam memorato Fabritio pro se, suisque successoribus dicti loci Dominis in feudum sub anno canone centum solidorum moneta eorumdem partium ipsi Francisco, ejusque Successoribus Archiepiscopis Tarraconen. in perpetuum die festo Sanctorum Petri, & Pauli solvendo de consensu dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum dictæ Ecclesiæ, ac reservato nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito, perpetuo concesserit, cum aliis conditionibus licitis, & honestis, prout in publico desuper confecto Instrumento uberius dicitur contineri. Nobis propterea d. Franciscus Archiepiscopus, & Fabritius, assentes concessionem hujusmodi in evidentem prædictæ Ecclesiæ cedere, & cessuram esse utilitatem, humiliter supplicari fecerunt, ut sibi desuper opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum, serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinanti, fraternitati tuæ Frater Episcopo, qui, ut asseritur, Ordinarius vicinior existis, ac discretioni tuæ fili Decane per præsentem committimus, & mandamus quatenus si, & postquam vocatis, qui fuerint evocandi, ac præmissis omnibus, & singulis, illorumque circumstantiis universis prius coram vobis specificatis, de concessionem hujusmodi, quodque illa in evidentem memoratæ Ecclesiæ cedat, & sit cessura utilitatem, vobis conjunctim procedentes legitime consiterit, super quo vestram, dictique Francisci Archiepiscopi conscientiam oneramus, eandem concessionem in feudum dicto Francisco, ejusque Successoribus a memorato Francisco Archiepiscopo, sicut præmittitur, factam, confectamque, desuper Instrumentum cum omnibus, & singulis in eo contentis, alias tamen licitis, & honestis, dictæque Ecclesiæ utilis, & proficuis auctoritate nostra apostolica confirmetis, & approbetis, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciatis, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui in illis quomodolibet intervenierint, eadem auctoritate suppleatis.

Confirmat decretum.

§.4. Non obstantibus fel. rec. Pauli V., & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictæ Ecclesiæ Tarraconen. etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Februarii 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 10. Febr. 1662. An. VII.

CCCLXXX.

Confirmatio Decreti in ultimo Capitulo Generali Ordinis Fratrum S. Pauli primi Eremitæ in Regno Portugallix facti, ut in posterum amoveantur Discreti Vocales nuncupati, qui pro quolibet Conventu ejusdem Ordinis concurrere, & vocem in Capitulo habere solebant.

Ex Regest. in Secret. brev.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

§.1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis

Expositio.

dinis Fratrum S. Pauli primi Eremitæ in Regno Portugallie consisten. quod in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime celebrato factum fuit Decretum, ut in posterum amoveantur discreti Vocales nuncupati, qui pro quolibet Conventu ejusdem Ordinis concurrere, & vocem in Capitulo habere solebant; Idque ad tollendas confusiones, & inconvenientia, quæ inde proveniebant.

Decretum præfatum confirmat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Procurator Generalis Decretum hujusmodi apostolicæ confirmationis robore communiti summopere desideret; Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præfatum in Capitulo Generali hujusmodi, sicut præmittitur, factum, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clauſula.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis tollit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis prædicti, ejusque Conventuum quorumvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 11. Febr. 1662. An.VII.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Febr. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

Conservatoria Carthusiæ S. Laurentii de Padula Caputaquen. Diocesis in personis Episcoporum Caputaquen., & Marsicen., ac R.P.D. Nuncii Apostolici in Regno Neapolis, & eorum cujuslibet.

Ex Regis. in Secret. Brav.

Venerabilibus Fratribus Caputaquen., & Marsicen. Episcopis, ac dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Regno Neapolis Nuncio.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabiles Fratres, ac dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Ordinationes.

Militantis Ecclesiæ, licet immeriti, disponente Domino, præfidentes, circa curam Ecclesiarum, personarum omnium, solertia reddimur indefessa solliciti, ut juxta debitum Pastoralis Officii eorum occurramus dispendiis, ac profectibus, divina cooperante clementia, favorabiliter intendamus.

§.1. Sane dilectorum filiorum Prioris, & Monachorum Carthusiæ S. Laurentii de Padula Ord. Carthusien. Caputaquen. Diocesis conqueſtione percepimus, quod nonnulla Castra, Villæ, & alia Loca, Terræ, Domus, Possessiones, Aquæ, & decursus aquarum, Jura, Jurisdictiones, Fructus, Censuræ, Redditi, Proventus, & nonnulla alia mobilia, & immobilia spiritualia, & temporalia bona in Caputaquen., & aliis Diocesisbus consistentia spectent, & pertineant, & nonnulli etiam Civitatum, & Diocesium, ac partium præfatarum non formident eadem Castra, Villas, Loca, & Terras, Domos, Possessiones, Aquas, ac decursus Aquarum, Jura, Jurisdictiones, Fructus, Censuræ, Redditi, & Proventus eorundem occupare, vel super eisdem, & quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus spiritualibus, & temporalibus, aquis, & aliis rebus iisdem Monachis multiplices molestias, & injurias inferre, & jacturas. Quare dicti Prior, & Monachi Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut cum sibi valde reddatur difficile pro linguis querelis ad Sedem Apostolicam habere recursum provideri, ipsis super hoc paternam diligentiam curaremus. Nos igitur adversus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi illo volentes ipsis Priori, & Monachis remedio subvenire, quo ipsorum compescatur temeritas, & aliis aditus committendi similia præcludatur. vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conservatores, & Judices præfatis Priori, & Monachis efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eos super his, & quibusvis aliis bonis, & juribus ad dictam Carthusiam spectantibus a quibusvis etiam Archiepiscopali, Episcopali, vel alia ecclesiastica dignitate

tate fungentibus, necnon Clericis, ac Ecclesiasticis personis tam Religiosis, quam Secularibus, necnon Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, & Laicis, Communitatibus Civitatum, Universitatibus Oppidorum, Castrorum, Villarum, & aliorum locorum, ac aliis singularibus personis Civitatum, & Diocesium, ac partium aliarum indebite molestari, vel eis gravamina, seu damna, vel injurias irrogari, facientes dictis Priori, & Monachis, cum ab eis, vel eorum Procuratoribus fueritis requisiti de prædictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione hujusmodi Castrorum, Villarum, Terrarum, & aliorum Locorum, Jurisdictionum, Jurium, & Bonorum mobilium, & immobilium, Reddituum quoque, & Proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon de quibuslibet violentiis, injuriis, & damnis præsentibus, & futuris in illis videlicet, quæ judicalem requirunt indaginem summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit Justitiæ complementum, occupatores, seu detentores, præsumptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi; necnon contraditores quoslibet, & rebelles cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint quancumque, & quotiescumque expedierit auctoritate nostra per censuras ecclesiasticas appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§.2. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, in quibus cavetur expresse, ne quis extra suam Civitatem, & Diocesim, nisi in certis expressis casibus, & in illis ultra unam dietam a fine suæ Diocesis ad Judicium evocetur, seu ne Conservatores, & Judices a dicta Sede deputati extra Civitatem, & Diocesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, seu alii, vel alii vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine suæ Diocesis transferre præsumant, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, seu quod de aliis, quam manifestis injuriis, & violentiis, ac aliis, quæ judicalem requirunt indaginem poenis in eos, si secus egerint, & in procurantes adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque Constitutionibus a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus de Judicibus delegatis, & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad Judicium non vocandis, aut alias editis, quæ vestræ possent in hac parte jurisdictioni, aut potestati, ejusque libero exercitio quomodolibet obviare: seu si aliquibus communitur, aut divisi a præfata sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti, seu extra, vel ultra certa loca ad Judicium evocari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad

verbum de indulto hujusmodi, ac eorum personis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cujuscumque tenoris existant per quam, præsentibus non expressâ, vel totaliter non insertam vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit mentio specialis, & insuper volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico præditus, quodque a data præsentium sit vobis, & unicuique vestrum in præmissis omnibus ceptis, & non ceptis, præsentibus, & futuris perpetuata potestas, & jurisdictione attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus ceptis, & non ceptis præsentibus, & futuris; & quo præfatis procedere, acsi præfata omnia, & singula etiam coram vobis cepta fuissent, & jurisdictione vestra, & cujuscumque vestrum in prædictis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitime extitisset.

§.3. Constitutionem prædictam super Conservatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstantibus, eisdem præsentibus perpetuis futuris temporibus validis.

Datum Romæ apud S.Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Febr. 1662. Pontificatus nostri Anno VII.

Dat. die 17. Febr. 1662. An.VII.

Super concessione Ecclesiæ, & Conventus Sancti Pancratii extra, & prope muros Urbis, facta Fratribus Carmelitis Discalceatis Ordinis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo, necnon super translatione, sive nova erectione Seminarii Missionum ejusdem Congregationis in præfatis Ecclesiâ, & Conventu.

Vide ad Const. 37. Decret Romanum, hujus Pont. Tom.6. Par.4. fol.46. qua agitur de dominio, & gubernatione hujusmodi Seminarii.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inscrutabili divinæ providentiæ arcano universalis Ecclesiæ regimini præfidentes, ad illa, quæ in Fidei Catholica, Religionisque propagationem, & incrementum cedere, & cessura esse noscuntur, propensis studiis intendimus, eorumque firmitati, robori, & efficaciam libenter consuevimus, ac alias sollicitudinis nostræ pastoralis partes desuper interponimus, prout omnibus maturæ considerationis trutinam, perpenis ad Omnipotentis Dei gloriam, animarumque salutem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

Alias